Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30305

Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

ris. quoniam tibi soli uisum est horreum ne
cessariis defecisse. Sed considera potius apud
temetipsum, ne forte mutuatus alia uice quod
debueras penitus non soluisti. Si enim hoc non
est, indubitanter non probaberis quibus eges.
sed rursus accedens inuenies. Sic ille captus.
ei quod deliquerat indicauit. Dignum est ergo huius
sacratissimi uiri mirari puritatem. et ecclesia
stici ordinis ualde custodiam. Dicitur itaque
quodam tempore pro aliqua utilitate in unum
cyprios episcopos conuenisse. et inter eos fuisse
hunc spiridionem et triphillium lederensem episcopum.
uirum eloquio et sapientia nec non et beritone legi
bus eruditum. Cum itaque collecta celebraretur
iniunctum est triphillio ut faceret sermonem.
Cumque ille locus uenisset ad medium. tol
le lectum tuum et ambula. cubile dixit plec
to mutans nomen. Spiridion autem indigna
tus in eum. et exiliens de kathedra sacer
dotali. tu melior es inquit ei qui lectum dixit
quia eius uerbis uti confunderis. Hoc autem
fecit populo conspiciente mediocritatem docens
eum. qui eloquii supercilio pertumebat. Erat
enim ydoneus ad pudorem incutiendum. cum esset
uenerandus et opibus gloriosus. simulque senex
euo. atque sacerdotis officio. Qualis autem cir
ca peregrinorum susceptiones fuerit. hinc appa
ret. Instante autem quadragesima quidam ex iti
nere uenit ad eum. quibus diebus consueuerat
cum suis continuare ieiunia. et die certo co
medere. medios dies sine cibo consistens. Vi
dens itaque peregrinum ualde defectum. Perge
inquit sue filie laua peregrini pedes. et cibos
appone. Cumque uirgo dixisset. nec panem
esse nec alphita. quarum rerum solebant nichil
habere reconditum. propter ieiunium orans
primum ueniamque petens filie iussit ut por
cinas carnes quas domi salitas habebat
coqueret. Quibus coctis sedens cum peregrino
positis carnibus comedebat. et rogabat
ut una cum eo ederet peregrinus. Quo re
futante christianumque se profitente. propterea ma
gis inquit non refutare debes. Omnia enim
munda mundis. sicut sermo diuinus
edocuit. Hec quidem de Spiridione dic
ta sufficiant.

[Marginalia: ¶ De hospitalitate ipsius / ¶ Ecce in isto ex quo defectum fuit iussit peregrino carnes porcinas ... quod introduxerat.]

Passio sancti theophili martyris.

TEMPORE illo cum bea
ta Dorothea martyr et uir
go christi. post multa tor
mentorum genera ad decol
landum duceretur. quidam sco
lasticus nomine Theophylus his uerbis eam
alloquitur. Tu sponsa christi mitte mihi de parady
so sponsi tui mala aut rosas. Et dorothea
respondit. Plane quia ita faciam. Cum ergo
uenissent in ictu percussores rogauit carni
ficem ut modicum permitteret orare. Que cum com
plesset orationem ecce subito puer ante eam
apparuit ferens in oratorio tria mala opti
ma. et tres rosas. Cui illa ait. Obsecro te ut
feras eas theophilo scolastico. et dicas ei. Ecce
quod me petisti ut tibi de sponsi mei paradyso
transmitterem. Ipsa autem percussa gladio. per
rexit ad christum cui honor et gloria permanet in
secula seculorum. AMEN.
Igitur Theophylus aduocatus presidis promissi
onem sancte Dorothee suis sodalibus referebat dicens.
Hodie dum a persecutore duceretur dorothea. que
se sponsam christi dicebat. et ad eius paradysum
peruenire memorabat. ego dixi illi eunti. O tu
sponsa christi dum perueneris ad paradysum spon
si tui. mitte inde mihi rosas et mala. Et illa
ait. plane quia ita faciam. Cum autem narra
ret et irrideret promissionem eius. ecce puer
ante eum cum orario in quo ferens tria mala
mirifica. et tres rosas floridissimas dixit ei.
Ecce sicut petenti promisit uirgo sacratissi
ma Dorothea. transmisit tibi de paradyso
sponsi sui. Tunc Theophilus accipiens ex
clamauit uoce magna dicens. Verus deus
christus. et non est ulla simulatio in eo. Dicunt ei
collegae sui. Insanis Theophyle. an iocaris.
Dicit eis Theophylus. Hec insaniam pacior.
nec iocantis animum gero. sed est in me ra
cionabilis fides. ut credam uerum esse dominum
ihesum christum. Dicunt ei. Que racio te repen
te in istam uociferationem conuertit. At ille
dicit eis. Dicite mihi quis mensis est. Dicunt
ei. februarius. Dicit eis Theophylus. Cum
totam capadociam glaciale frigus tegat.
et nulla penitus uirgulta foliorum suorum teg
mine uestiant. unde istas rosas aut ista